



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnium huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XXXVI. Cur, quomodo, quando Christus videtur incarnatus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

de Homine regressus in Deum; qualis olim factus est egressus è Verbo in carnem. Vide supra, quæst. 27. de deficatoribus carnis Christi. Hæc Lutheranè: porro quid Calvinianè?

CALVINISTARVM de sæce BUCERVS est: cuius vox: *An venerit adhuc Messias, incertum est.* Ita apud Vlenbetgium Causa 12. & Possuinum in Notis Verbi Dei:

AUTOR. ATQVI verò ita circum integrè circinare Bucero oportuit. Principio enim ex Iudæo Monachus factus est; 2. Ex Monacho Cinglianus; 3. Ex Zvingliano Lutheranus; 4. Ex Lutherano Semicatholicus; 5. Ex Semicatholico Sacramentarius; 6. Ex Sacramentario rursus Iudæus; 7. Deniq; ex Iudæo Atheus: planeq; nunc tatarus manet, manebit.

2. CALVINVS, Beza, Wittakerus, Transyluani, similisq; farinæ surfures, necessariò coguntur cum Bucero Christi negare Incarnationem. 1. Hi enim Christum ex Patris substantia natum peruicacissimè pernegant; ac pertendunt Deum non fore, si ex Paterna substantia potius descendisset, quàm ex seipso sit ortus. Vide supra quæst. 12. de Autotheanis. 2. Coguntur quoq; negare, Hominem esse Christum; cum ex Matris substantia sit Homo, non ex seipso.

3. Andreas igitur Ericius in profundius abithrum, initio libri de Mediatore Filio; ubi ista: *Vid. re non possumus, quomodo; cum Vna sit trium Personarum Essentia; non Pater simul cum Filio incarnatus sit.*

4. Cùm igitur causa omnium grauissima tam variè ac vesanè agitata ventillaretur inter Calvinistas; denique ita definitè pronunciauit LINDANVS in

Dubitantio, pag. 152. *Qui negant Christum incarnatum; in fundamentum Christianæ Religionis minimè impingunt: quòd imponant, dicemus infra, Fidem scilicet specialem.*

5. ANABAPTISTÆ, iisdem animosè suffragantur dum dicunt: *Tolerabiles sunt, & circa parerga tantum quedam, & res secundarias morbidè languent.* Tales ij visi sunt Musculo in Locis Communib. c. de hæret. n. 2. Certè Calvinus in Instruct. contra Anabaptistas, affirmat, ipsos syllabatim negare, Christum verum hominem esse.

### QVÆSTIO XXXVI.

*Cur, quomodo, quando videatur Christus incarnatus?*

DE LUTHERANORVM sententiis iam plus nimio audiimus: sed inter ipsos consensus nulla.

1. Ex CALVINISTIS sic BEZA in Colloq. Mompelgart. pag. 76. *Iam tunc Abraha saculo Christi Corpus exiit.*

AUTOR. AT ex qua matre prodierat? Seruetus, lib. 2. de Trin. *Caro Christi diuina fuit, & cœlestis; ut qua sit ex Dei Patris essentia nata.* Memnon Anabaptista in Colloq. Wismariensi: *Inde descendit in uterum Virginis.*

2. BEZA lib. contra Heshusium f. 1. 284. disertius se, suorumque sententiam sic explicat: *Christus in Veteri Testamento pius, non Efficaciè tantum sese; sed etiam Essentià tenuè communicauit.*

AUTOR. AT iisdem è verbis idem, quod nos, colligit Bern. Schlüsselburgi<sup>9</sup> in Theolog. Calvin. lib. 1. c. 17. Et lib. 2. art. 7. addit è Beza sententia; *Falsò dixisse Angelum, Luc. 2. HODIE natus est nobis Saluator,*

3. Quod

3. Quod si eul' adhuc videri dubia Calvinistarum possit sententia; is eorum *Orthodoxo Consensu*, pag. 118. & 123. illam vniuerse ab omnibus definitam accipiat: siceo in libro profitentur.

*Christus VERE incarnatus. Nunquam est, sed TROPICE tantum & Figurate. Necessario in illo Ioannis; Verbum Caro factum est: ad Tropum est confugiendum.*

AUTOR. AT Quis ita Scripturam eos docuit interpretari? Opinor, ille Spiritus, qui Zvinglium docuit illud interpretari: *Hoc est Corpus meum*, scilicet tropicè. Et verò, ater an albus fuerit, ipse nescire sese fatetur. Vtrumlibet, in quâ: Nam & ater orci malfifer induere sese in formam Angeli lucis potest.

Conformis illi, ac horribilis ex Anglia vox sese prorupit. Anglos autem quis Calvinistas esse nescit? & quidem multos Puritanos, vt gloriantur.

Atqui idem illud sentire, Minister quidam, teste Caluino-tucismo libr. 2. c. 2. fol. 141. publicè in Anglia professus est: *Qui è Mariæ sanguinibus produisse Christum asserunt, singularem committunt blasphemiam: Deo Diuinitatem, & aternitatem detrahunt.*

Erasmus Sarcerius in Concione de Nat. Dom. ipsum idem de nonnullis LUTHERANIS affirmat asserentibus: *Ex elementis Christi formatum corpus e caelo in Maria uterum detulit.* Sat hoc Anabaptisticum.

AUTOR. Hæc ita si forent, jam fides Euangelistarum concidisset vt vanissima. Num verò vllum esset Incarnationis meritum, quod in humani generis redundaret bonum?

4. ZWINGLIUS lib. de vera & falsa relig. respondet, prædictæ imponens coronidem impietati. *Nullum, inquit, est Christi Incarnationis meritum: Ex ea parte tantum nobis salutaris est, qua ex caelo descendit; Non quæ è Virgine natus est.*

AUTOR. AT & istud nil abludit à vero, quòd ex ipsius, atro an albo, certè nocturno spiritu, ipsi fuerit inspiratum.

5. Denique concludit Carolus MOLINÆVS, Reginae Nauaræ Consiliarius, verè impius: *Errarunt, inquit, luculenter Monachi, & Sacrificii; Doctoresque Parisiici, vrgentes merita, tum Incarnationis, tum Natiuitatis, tum Tentationum, tum Afflictionum Christi. Nihil hæc omnia proderant nobis; nihil poterant.*

AUTOR. ET ita quidem ille blasphemabat Molinæus; quem Germani plerique suspexerunt, adque instaurandum Euangelium esse natum acclamauerunt. Boni scilicet, Physiognomones!

Nos refutationes alium jam supr. sat sumus executi: Nunc post Christum pauca de Matre Christi, quæ senserunt profani.

### QVÆSTIO XXXVII.

*An MARIA verè Mater Christi extiterit?*

DE LUTHERANIS Vbiquitariis nos supra q. 16. Et Illustr. Card. Bellarm. lib. 3. de Christo cap. 12. curiènter vincit Vbiquitarios sentire ac docere istud: *Ab initio statim Incarnationis Care Christi non solum in vtero fuit omnium mulierum; sed virorum etiam; Ac proinde communis est laus ista omnibus: Beatus venter, qui te portauit &c.*

2. Si quæras: Ecquo modo Christus ex Maria Virgine sit natus? Natum negare cogumur. Nim primò statim Conceptionis die extra uterum fuit: & post decimum mensem fuit adhuc in utero: Imò inde nunquam exiit.

3. Isto amplius extenuat Deiparam BRENTIUS in Recognitione doctrinæ suæ: *Mirabilis est multò, inquit, quòd Adam creatus est manibus Dei è pura terra; Eua autem è costâ viri, abiq. omni peccato; quæ modò Christus conceptus est de Sp. Sancto, è muliere, Virgine quidem; sed à generationem tamen apta.*

4. CHYTRÆVS in Mat. c. 1. istis adiicit audacter ita: *Non laeditur Christiana pietas, si Virginem Mariam post partum mariti conspectu linem admisisse credamus.*

AUTOR. Atqui istud omnino est Heluidianum, jam olim cõdemnatum.

H D E